

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Curiositas af  
cum fonte primo

Multum temporis illis uerborum cauillacio eripuit.

Nectimus nodos et ambiguam significacionem  
uerbis illigamus ac deinde dissoluimus.

Quid michi uocum similitudines distinguis  
quibus nemo unquam nisi dum disputat captus est?  
Res fallunt; illa discerne.

Sophismata  
nec ignorantibus nocent, nec scientibus iuuant.

Seneca XLV. epistola.

Multum illis temporis uerborum cavillatio eripuit,  
captiosae disputationis quae acumen inritum exercent.  
Nectimus nodos et ambiguam significacionem  
uerbis inligamus ac deinde dissolvimus:  
tantum nobis vacat? iam vivere, iam mori scimus?  
Tota illo mente pergendum est  
ubi provideri debet ne res nos, non uerba, decipiant.  
Quid mihi uocum similitudines distinguis,  
quibus nemo unquam nisi dum disputat captus est?  
Res fallunt: illas discerne.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 45.5-6 (L. Reynolds ed., vol.1, p.116, ll.20-  
28).

Idem de istis captionibus dico  
(quo enim nomine potius sophismata appellem?):  
nec ignorantibus nocent nec scientibus iuuant.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 45.8 (L. Reynolds ed., vol.1, p.117, ll.15-17).